



*Gbd*

E libris

**gymnasio Mauritiano Magdeburgensi**

a venerabili

**Carolo Funk**

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

*G. f. 171.*

Dbl zu 175a

178

CARMEN  
DE  
SPINEA CHRISTI CORONA  
SCAZONTICO GENERE  
SCRIPTVM  
A  
IO. MARTINO RIEDEL  

---

ILFELDAE, CIC ID CC XXXI.

AK





\* \*

**E**XITE dulces filii Sionci  
Pindi, polita turba litteratorum,  
castris relicitis turpium voluptatum,  
exit quaeso, exit quaeso spectatum  
diadema regis mystici Salomonis,  
CHRISTI coronam dico, qua parens eius  
Synagoga crines illius coronauit,  
genialis huius quum sacer thori vesper  
ad esset, atque masculine inter has taedas  
graderetur idem. Sistite hic gradum, ac mecum  
considerate mentibus piis vestris,  
corona qualis illa, qua coronatus  
Ecclesiae ille Sponsus. Haec fuit rhamno  
contexta. Nil heic aurei, nihil gemmae.  
Rhamnus rubusue verticem aureum cingit.  
Spinas videtur Lilium inter hirsutas  
arcanus aries haeret in rubis densis,  
quem vidit Abrahamus, ac mactavit.  
Illo die, quo consecrat sibi sponsam  
suo cruento, spineo caput Serto  
foedatur, atque lacinatur a scurris.  
Hanc, hanc coronam spineam NATO DEI,  
SOTERI nostro, texuere peccata  
nobis patrata grandia, atque per multa.  
Peccata nostra lacinare TE, IESV,  
peccata nostra verberare TE, IESV.

Pupu-

Pugnare spinae TE moac, meae vrticae  
vssere, CHRISTE, TE; mea flagellarunt  
peccata, CHRISTE, TE. Tamen redemisti  
TV nos scelestos, impiosque mortales;  
spinae corona comparat tamen nobis  
REGNI CORONAM. Lucc namque suprema  
lauri redimies fulgida comas nostras. ~~comitatis~~  
O nos beatos, quum corona fulgebit,  
præsente, SOTER MAGNE, TE, triumphalis  
in vertice hocce! tum feremus aeternis  
præconiis TE TOTIVS SALVS MVNDI.  
Nos exeamus ergo, nos relinquamus  
hacc vanitatis castra. Eamus ad IESVM,  
ludibria eius, et probra hanc recusemus,  
ceu nos Ebraeus ille scriptor hortatur.  
Eia exeamus: hic enim peregrini  
palamur: hic hanc permanens domus nobis:  
fadem futoram ac permanentem anhelamus:  
non civitatis iure in aethere excelsō  
gaudemus: illuc nostra civitas, SVRSVM  
HIERVSALEM, quae nostra patria, ac mater,  
vbi spina nulla, nulla prouersus vrtica,  
vbi ver perennans, gaudium in DEO, paxque,  
tranquillitasque, ipsum vbi pulcrum DEI,  
dabitur videndi copia stupendique  
indesinenter, pulcre vbi coronati  
figemus oscla blanda SOSPITATORI  
huiusque basiabimus cicatricēs.

\*\*

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kann nicht vergeben!

ULB Halle  
002 108 178



3

56.

KD7

RHD



Dfl zu 175a

172

CARMEN  
DE  
SPINEA CHRISTI CORONA  
SCAZONTICO GENERE  
SCRIPTVM  
A  
IO. MARTINO RIEDEL  
ILFELDAE, CIC ID CC XXXI.

